SLUB
Wir führen Wissen.
http://digital.slub-dresden.de/id445919833/1
GÖRLITZER SAMMLUNGEN
OBERLAUSITZISCHE BIBLIOTHEK

Band II.

OBERLAUSITZISCHE BIBLIOTHEK DER WISSENSCHAFTEN
L IX 459.2
Archiv 104

No 545–704.

SLUB Wir führen Wissen. http://digital.slub-dresden.de/id445919833/2 GÖRLITZER SAMMLUNGEN OBERLAUSITZISCHE BIBLIOTHEK

10.

Θείαν
ΝεοΦοίνικος
Ἀποκατάστασιν
ſ.
Divinam CURIÆ Reſtaurationem,
de favillis ſuis & cineribus
Phœnicis ad inſtar
factam,
in Anniverſariâ Solennitate,
Budiſſino-Senatoriâ,
quum
VIR
Præ-Nobiliſſimus Ampliſſimus atq; Conſultiſſimus,
DOMINUS

JOHANNES LEHMANNUS,

Patronus atquè Evergeta Patriæ Scholæ
diu multumquè meritiſſimus,
quintâ vice
Ad Conſulares regendos Faſces
Anno Æræ Chriſtianæ M DCCV.
Die XXII. Menſis primi Januarii
Vincentii Nomen in faſtis
omine haud infelici referente,
veheretur,
ac
Saluti Reipublicæ Budiſſinæ
in ſpem
Saluberrimi Incrementi
præficeretur,
Applauſu Officioſiſſimo
Calamoquè gratulabundo
excipiebat ac proſequebatur
devinctiſſimum
COLLEGIUM EVANGELICO-SCHOLAST.

Budiſſæ Literis Richterianis.

705.

Chryſoſt. ad populum *Antiochenum*.

Non ſemper *hyems*, nequè ſemper *æſtas*, neq; ſemper *procella*, neq; ſemper *tranquillitas*, non ſemper nox, nequè dies.

Non tenet imperium ſemper ſævitia *brumæ*,
Atque gelu tellus exanimata jacet.
Non ſemper nivibus montes valleſquè teguntur,
Nec ſemper glacie flumina preſſa rigent.
Non ſemper per agros, & conſita viribus arva,
Grandine præcipiti miſta *procella* furit.
Nec ſemper ſibilat *Zephyris* felicibus aura,
Nec rapidus Boreas ſemper ab axe ruit.
Nec ſemper nigris terram *nox* contegit alis;
Nec ſemper vivis ſplendet amica *dies*,
Omnia fatali mutantur lege per Orbem,
Coguntur què ſuas cuncta ſubire vices.
Præteritæ ſi nunc *hyemis* reminiſcor, & *anni*,
Quàm ſubitò in noſtro flamma coorta foro!
Exuſta eſt præſtans heu! *Curia*, *Curia* dico,
Quæ ſervit *curis* Conſiliiſquè *Patrum*.
Hactenus hæc jacuit proſtrati corporis inſtar,
Quod tumulo illatum gleba lapisq; tegit.
Sed nunc, ceu *Phœnix* alter, rediviva reſurgit,
Et reddit *Curis Juſtitiæquè* locum.
En! læti repetunt ſedilia priſtina *Patres*.
Et ſolitas *curas* continuare ſtudent.
Ac vice nunc quintâ Patriæ, per libera vota,
Committunt faſces, Clare LEHMANNE, Tibi.
Gratulor, utquè Tibi feliciter omnia cedant,
Faxit, qui colitur ſummus in Orbe *Regens*.
Abſit *hyems*, talis ſpirans velut *Ætna* favillas,
Ver, *Æſtasquè* adſit, ſole favente, fovens.
Abſint *Æolia* miſſæ de ſede *procellæ*,
Quas regis arbitrio, *Mars* violente, tuo.
Abſit *Nox Mortis*, Juveneſquè Seneſquè trahentis,
Contra *Vitæ* adſit *Luxquè* dieſquè ſimul.
Deniquè ſit ſalvus totus ſacer ordo *Senatus*,
Salvaquè permaneant, *Curia*, *Templa*, *Schola*.

Hiſce pium erga Dn. *Patronos* animum
teſtari voluit

M. Johannes Roſenberg/ Rect.

ΩΔΑ ΠΙΝΔΑΡΙΚΑ.

στροφὴ κώ. θ.

Ὀλβίαν Μοίρας, ἄγε, μναμοσύναν
Εὐλογητᾶς Ὄμματος ἐκ
μεγάλαν τᾶν ἐξ πολίων
γνώσομαι, Κλειὼ κυβέρνησον φράδαις.
χαρμάτων γὰρ δὴ ὑπ' ἐσθλῶν αὐτίκα θνά-
σκει δαμασθὲν πῆμα παλίγκοτον ἁμῶν,
Μοῖρ' ὅταν πέμπῃ θεοῦ
φαυσιβρότου εὔφρονα ὄλβον,
οὐ κυλίνδοισ' ἐλπίδας.

Αντιστροφ κώ. θ.

Σὺν δὲ μόχθοις πᾶσι παρθιχομένοις
καρτερὰν ἔτρεψε τυπὰν
τυχέως. ψάμμος χ' ἅλος ἐκ-
φευγεν ἀριθμὸν, τὶς ἂν ἁμᾶν δυναί-
τ' ἐκφράσαι, ὅσσαν χάριν κάτω θεὸς ἔ-
δωκεν; Ἴσον γὰρ βαθὺν εἰς ὀχετὸν πυ-
ρὸς ξένοις μὰν ἅμερον,
ἐστοῖς θεράπον Πρυτανεῖον
Ἀσφαλῶς κλίσθη πάλιν.

Επῳδ

Ἐπῳδ. κα. ε.

Νῦν ἀγαθοί τε σοφοί τ᾽ ἄνδρες φύλαξαν
τῶν Μακάρων τελεταῖς, καὶ
εὐσεβεῖ νόῳ φιν ἱ-
κανὸν οἶκον παμμεδέοντος ἄνακτος ὁμῶς
σεμνὰν θυσίαν θέμενοι ἐν
βωμῷ ἱερῷ. Πατὴρ δ᾽ ἰ-
ελαθενὴς ἐπουρανίου πόλιος
μὴ θέλοι ἀμφὶ καλῶν μοῖρα Νέμεσιν
διχόβουλον θεῖναι, ἀλλ᾽ ἐν τᾷ ἀέξοι,
Εὔχομαι, αὐτὰς πόλιν τε.

Sonnet.

SO kanſtu wiederum in deiner Zierde prangen/
Hochwehrtes Budiſſin / noch ſchöner als zuvor/
Ein neuer Phœnix ſteigt aus ſeiner Aſch' empor/
Erhebe dein Geſicht / durchkläre deine Wangen/
Und ſchaue / was vor Heil und Seegen hat umfangen
Die Häupter deines Volcks / vom lichten Sternen-Thor
Komt Ihnen Glantz und Schein / der Himmel zieht den Flor
Der Unglücks-Wolcken weg / und ſtillet Ihr Verlangen.
SIE gehen wie vorhin zum Tempel und Altar/
Ach achte dieſes Werck / O liebſte Stadt / ietzunder
Bey ſo verwirrter Zeit vor kein geringes Wunder/
Und bringe deinem GOTT ein werthes Opfer dar/
Daß du noch ferner kanſt mit IHNEN ſicher ſitzen/
Wann gleich der Himmel fängt von weiten an zublitzen.

M. Michael Thym, Cygn. Con-R.

NUnc ego quid Patriô tenuis, quid CONSULE dignum,
Quid PRÆTORE canam? Vix mea Muſa valet.
Debitor aſt, fateor, ſum, quem *Collegia veſtra*
Obſtrictum nôrunt *nomine, corde, manu.*
O utinam vires animis, votisquè darentur!
Lætarer meritò; ſpe potiora darem.
Aſt dabo, quæ potero; quæ Numine dante licebit:
Pectore prolixus, carmine curtus ero.
JOVA, MAGISTRATUS CONSULTA PATERNA GUBERNA,
JNCREMENTA fovens, Lumine cœpta regens.
VIVE, LEHMANNE REGENS; HEINRICI, VIVITO CON-
Sit, SOMMERE, Tibi vita quieta, bona! (SUL;
O pulchrè vigeas, HUEBSCHI, meritiſſime PRÆTOR,
Vincendo molem, quæ ſuperare nequit.
Vos *Patriæq; PATRES* cingat *ſuprema Poteſtas*;
Gratia Vos recreet, *Gloria* ſancta vehat.
Nec *faſces* Bellona premat; Libitina nec ulla
Conſultis obſit: *Publica* ſterquè *Salus*!
Hâc REX, Hâc *PRINCEPS, AUGUSTAq; SCEPTRA* vireſcant:
Curia, Templa, Scholæ ſtent, vigeantquè domus.

Das anredende Rath-Hauß.

Mich drückte zwar die Gluth / und warff mich zu der Erden:
Doch winckte GOttes-Arm / wie Phœnix jung zuwerden:
Das war der Gnaden-Arm / den Allmacht ausgerüſt/
Und den mein Haupt und Hertz / und mein Beginnen küſt.
HERR / HErr / mein Felß / mein Burg / mein Schild und mein Erretter/
Sey Du doch mein Panier / ſo ſchadet mir kein Wetter/
Das wilde Welt erregt: Ach ſeegne dieſen Sitz/
Durch Eintracht / Fried und Heil / Gerechtigkeit und Witz.

Da wohnt die Sicherheit / wo deine Güte wohnet/
Was deine Vater-Hand beſchirmet und verſchonet;
Das kan recht Felſen-feſt / mehr als Gibraltar ſtehn:
Laß deine Hülff und Rath der Väter Schar erhöhn!

Calamo animoq: ingenuè reſpiranre dabat
CASPAR Jentſch.

GOTT/ du reiche Seegens-Qvelle/
Theil die Strömlein deiner Güt/
Dieſer dir geheilgten Stelle
Alle Morgen reichlich mit/
Daß Gerechtigkeit/ die Crone
Aller Tugenden/ da wohne.

Laß die Väter da erwegen/
In gewüntſchter Einigkeit/
Was der Bürger Wohl und Seegen
Fördert/ laß Sie allezeit
Deinen Beyſtand da genießen/
Und ſich Recht und Friede küſſen.

Wenn ſich etwas will empören/
Das dem Lande ſchädlich iſt/
So laß du dich alßdenn hören/
Daß du noch derjenge biſt/
Der der Feinde Roß und Wagen/
Kan in einem Hui zerſchlagen.

Summa/ gieb bey dieſen Zeiten/
Da es wunderlich auß ſieht/
Und da Mars auff allen Seiten/
Ungeheure Flammen ſprüht/
Daß doch Budißin/ die Crone
Dieſes Landes ſicher wohne.

Und daß die/ ſo ietzund führen
Die beſchwerte Ehren-Laſt/
Deinen Beyſtand reichlich ſpühren/
In gewünſchter Ruh und Raſt/
Kirch und Schulen/ Städt und Stände/
Schleuß in deine Vater-Hände.

Jeremias Calmann Pulſniz.

QVis piorum ignorat, *Deum* tantam habere *Suorum* curam, ut tot *mundus* non reperiat modos affligendi, quot *Deus* habet *media*, quibus conſoletur & reficiat? Tempore *diluvii* timens ac tremens hærebat *Noachus* arcæ in clusus, dum à procellis & inundantium aquarum impetu agitabatur, omniaque everſionem & *mortem* ipſam minitabantur: Sed ecce! *columba* emiſſa redeundo ad *arcam*, ac deferendo ſecum *viridantis olivæ ramum*, illi lætum pacis & vitæ ſecuræ adfert nuncium. *Hebræus* populus ex *Ægyptô* fugiens, contremiſcebat vehementer, tum propter armati, ſeſe inſequentis, hoſtis *ſtrepitum*; tum propter intumeſcentes mariſ[que] fluctûs & inſtar *ſcopulorum* ab utraque parte erectos. Et ecce! dum ſibi pereundum eſſe putabat, ſalvus & illæſus horrenda omnia evaſit pericula. Sæviat itaque, PATRES PATRIÆ *Honoratiſſimi*, in *nos mundi* & *Diaboli* indefeſſa quælibet vehemens malitia; affligat *nos* publica *calamitas*; terreant *nos hoſtium minæ, tubarum* & *tympanorum* clangor, nihil tamen *mali nobis* metuendum eſt. *Deus* enim, qui olim *Noachi, Hebræorum aliorumve paternam curam* habuit, eandem quoque *noſtri* habebit: VOSque *Nobilisſimos Dominos* PATRONOS, ut & *nos* OMNES potentiſſimâ ſua DEXTRA victrice, clementiſſime fortiſſimeque defendet, neque permittet ſpem ſibi deditam, in *mari rubrô cruenti cujusdam belli* peſſundari; Hâc infallibili *Dei aſſiſtentiâ* & *præſidio* freti, *nos* in quavis anguſtiâ erigamus, erectique meliora ſperemus. Cæterùm *Deus benignisſimus*, liberam hanc VESTRAM ELECTIONEM ratam gratamque faciat, VOSque OMNES & SINGULOS, quam diutiſſimè feliciſſimeque valere jubeat. Quod iterum [que] iterumque animitus precatur ſemperque precabitur VESTRARUM *Nobilisſimarum* DIGNITATUM humillimus Cliens.

Nicolaus Gämbarzovvsky, Coll. VI.

Oberlausitzische Bibl. Görlitz
1066905 1

SLUB
Wir führen Wissen.
http://digital.slub-dresden.de/id445919833/8
GÖRLITZER SAMMLUNGEN
OBERLAUSITZISCHE BIBLIOTHEK